

volum. 1. Bellamira esp. 4. n. 2. de officio ordin. Capra conf. 145. num. 10. Nicolaus de Ubaldis de successione ab intestato, ubi de successione regularium. 1. p. n. 10. habetur tom. 8. praesentium p. 1. Redoanus de spoliis ecclesiasticis q. 8. in principio. n. 70. Petrus de consuetudine mutationis status Ecclesiarum, cap. 1. n. 1. habetur utroque tom. 14. praesentium Additiones ad Decretum dicitur, autem, ingressi, sub num. 4. littera B. Tiraguelus de rebus aliis, p. 1. glos. 8. n. 36. Angelus verb. novitius num. 11. ubi Armilla n. 17. Taberna q. 12. n. 13. Sylvest. verb. religio 5. g. 10. Navar. comment. 2. n. 46. de regular. Greg. Lopez. l. 17. verb. c. 1. tit. 1. p. 6. Villalobos in communibus opin. littera M. verb. monachus n. 164. Bynnerus in suo compendio, lib. B. verb. bona novitii. Parlat. in sequentia quotidiana, differentiarum differentia 147. §. 1. in fine, Menochius conf. 369. n. 3. vol. 4. §. de praesump. lib. 6. praesump. 84. §. n. 11. Binius conf. 32. n. 3. §. 4. vol. 1. Cavalanus decif. 10. n. 36. p. 5. Thomas Trivisan. in decessibus Veneti, lib. 2. decif. 57. n. 17. Lelius Zechius de Rebus ecclesiasticis tit. de regular. c. 3. n. 10. Hondedeus conf. 73. n. 16. volum. 2. conf. 94. n. 7. volum. 1. Paulus Euf. lib. 2. de visitatione Episc. c. 15. n. 67. Andrea Tacchin. in controversiis juris lib. 6. cap. 19. verb. in hi probatur Curator q. canonici lib. 2. c. 1. n. 101. §. n. 107. verb. quibusd. §. n. 101. alim. in casu 1. §. 2. Tapia auctor. ingressi, verb. sua c. 2. num. 14. Villadiego in suo sero 3020. lib. 4. tit. 2. l. 13. n. 4. Malica tomo 1. de iust. disp. 140. colu. 1. verb. de alii ergo, Azor. tom. 1. infir. moralium lib. 12. cap. 3. q. 3. Gratianus reg. 456. n. 13. Manuel quast. regul. tom. 2. q. 80. art. 2. statim in princ. §. q. 46. art. 12. in fine. §. q. 77. art. ultimo. Rebelus tract. de iustitia p. 2. lib. 1. q. 8. sect. 5. n. 52.

93 Hac tamen sententia multis modis temperari solet. Primo limitatur, ut procedat quod ab omnia novitii bona praeter legitimam monasterio competentem: in illa enim non succedunt venientes ab intestato, sed monasterium: & eo magis si pro majori parte anni in novitatu fuerit. Sic limitat Tapia num. praesentibus allegatus. Dicitur, nam cum testamentum ante ingressum factum rumpatur per professionem quo ad legitimam, signum est, aliquid jus factum in specie competere monasterio ex ipso ingressu: non enim praesentibus ingressus animo excedit. Sed hac limitatio forulis displicet, quia minus verum est aliquam ex bonis novitii legitimam debere monasterio, quamvis alias interpretaretur praeterito omnino monasterio, quando nulla novitii dispositio praecessit, ut probavimus.

94 Secundo temperatur, ut habeat locum quoad haeredes, qui non sunt ascendentes, vel descendentes novitii, sed eos ad alios, non enim in bona novitii descendentes ab intestato succedunt: sic Lucas de Penna allegatus num. 79. Sed iure optimo hanc limitationem reprobatur Tapia dicit. auctor. ingressi, verb. sua cap. secundo, n. 1. quia ceteri Doctores de haereditate ab intestato loquuntur, ex quorum numero non dicitur ascendentes, & descendentes, utpotè qui etiam contra novitii testamentum succedunt in legitimam eis debitam. Praeterea, quia rationes adductae n. 92. probant monasterium carere priorius iure in ea novitii bona, ac priorius idem de illis reputandum esse, ac si omnino desessisset ab intestato.

95 Tertio temperari potest, ut succedat monasterium in expensis alimentorum illius novitii. Sed nec hac limitatio est vera, eamque reprobatur Nicolaus de Ubaldis eo. n. 10. §. Redoanus num. 71. ubi eos allegavi n. 92. quia novitius non tenetur has expensas solvere, ut probavimus cap. 10. lib. 6. num. 4.

96 Quarto limitatur, nisi evidenter confiteri novitium ingressum animo perpetuo vivendi in religione: tunc enim si ab intestato decedat, succedit in ejus bona monasterium. Ratio est, quia hic non potest amplius ad saeculum redire, sed manet professus in genere, & ideo vel in illo monasterio, vel in alio debet permanere, juxta cap. consulti, §. cap. statimus, de regular. §. cap. non solum cap. constitutionem, cap. privilegium eodem titulo, in 6. censeturque quasi professus, & ideo ejus bona acquirere monasterio, saltem virtute illius obligationis jam contractae. Arque ita docent Parisi cap. in presentia num. 183. de probatione, Nicolaus de Ubaldis, Redoanus num. 71. Andreas Fachin. allegati num. 99. Saria, quamvis dubius, cogitandumque dicitur additio-nibus ad Abbatem d. cap. de praesump. n. 68. verb. in hoc casu. Eademque limitationem probat Menochius conf. 396. num. 12. volum. 4. de praesump. lib. 6. praesump. 84. num. 7. dicens, quamvis hac opinio finitieri nequeat attentio Trident. sess. 25. de regular. cap. 19. quae ante annum novitiatum nulla potest esse professio: at si post annum novitiatum perseveret, & constet de intentione mutandi vitam, habebit locum hanc limitatio. Ceterum hanc limitatio displicet, eamque bene reprobatur Curierrez, quast. canonici lib. 2. cap. 1. numer. 105. Nam novitii in ipso religionis ingressu firmam perseverantiam animo, nec ea voluntas vitam mutandae factis est ad professionem.

97 Ultimo temperatur haec sententia, nisi novitius in ipso ingressu expressè contulisset bona illa monasterio, nec expressè revocaverit: tunc enim bona ad monasterium pertinet, & non ad haeredes ab intestato. Probatur ex monachis hiis monasterio nostro oblati se, §. sua, neque ex adverso probatur, &c. & idem ferè probatur ex cap. ultimo, de successione ab intestato. Item, quia novitius dedicans

expressè bona, declaravit factio illo, ut data perseverantia essent ea bona monasterio. Cum ergo perseveraverit in religione, utque ad mortem, nec eam voluntatem revocaverit, pertinet tamen utique ad monasterium ea bona virtute illius donationis. Atque ita docent Abbas, & Parisi, num. 187. Additum ad Felinum, Angel. Sylvest. Armilla, Taberna, Navar. Curtius, utroque loco, Paulus Falsus, Azor. ubi eos retuli num. 92. Menochius de praesump. lib. 9. praesump. 84. num. 3. §. 101. 396. numer. 3. vol. 4. Sed hac limitationem aliqui reprobant, dicuntque adhuc ea bona pertinere ad venientes ab intestato, nisi ea bonorum dedicatio facta fuisset independentè à religionis ingressu, ut praesentibus hic facta, quando longè ante ingressum fuerit. Ratio est, quia dedicatio bonorum expressè facta in religionis ingressu, habet tacitam conditionem, si professio sequatur (ut diximus supra). Cùm ergo in hoc eventu non sequatur professio, cessat ea dedicatio, quasi deficiente conditione in illa imbita. Arque ita docent Brouss. cap. in presentia num. 553. de probatione, Nicolaus de Ubaldis de success. ab intestato ubi de successione regularium 2. part. n. 10. Redoanus de spoliis eccles. quast. 3. in principio numer. 71. Hondedeus conf. 73. num. 18. volum. 2. Manuel quast. re ularib. tomo 2. quast. 80. art. 2. statim in principio. Arque ob eandem rationem insurgit in hanc limitationem Decius eod. cap. in presentia in nova editione num. 283. quamvis ipse in omni eventu censet non succedere haeredes ab intestato, ut cum reulimus num. 91. Ceterum quamvis hoc sit fati probabilè, magis tamen placet praesentibus limitatio, ut in eo eventu remaneant bona apud monasterium, quia tacita conditio, quae ei donanti inest, non est praesentibus, sed futurus profectio, sed ea est, si ille in religione perseveraverit: at verè in ea perseveraverit, quamvis mors professionem impedierit. Si tamen illa donans expliciter se nolle aliter valere donationem, quam sequuta professione, redire ad venientes ab intestato, cum verè profectio sequuta non fit, ut in simili dicemus ob decretum Trident. eam clausulam irritam habens.

CAPUT IV.

An beneficia novitii vacant, aut illis renunciari valeat, conferre possint, attentò jure antiquiore ante Tridentinum?

SUMMARIUM.

Quot quaestiones disputandae sint? An ipse renunciari valeat tempore novitatus? n. 2.

An procedat tam in beneficiis minoribus, quam in majoribus? n. 3.

Quid si in beneficii fundatione cautum sit, ut vacet non resistente capellano per certum tempus? n. 4.

Quid si beneficium nondum collatum erat, & sic non erat jus in re, sed novitius habebat jus ad illud? n. 5.

Quid si novitatus durat ultra annum? n. 6.

An in Societate JESU vacent beneficia novitii toto probationis biennio, aut ante professionem, & quo tempore resignanda sint? n. 7.

An sit irrita collatio beneficii novitii facta alii, nec professione sequuta confirmetur? n. 8.

An novitius canonice sit necessarius ad electionem vocandus, aut possit constituere procuratorem? referatur quadam sententia, n. 9.

Sententia auctoritatis, n. 10.

An si accesserit vocatus, aut non vocatus, habeat jus eligendi? n. 11.

Quid si iure singulari habet jus eligendi, aut presentandi, ut si sint patronus, n. 12.

An pensiones novitii etiam in Societate JESU vacent tempore novitatus per professionem, aut tota biennii, n. 13.

1 Triplex involvitur difficultas. Prima est de beneficiis ante novitatum adeptis. Secunda, de fructibus perceptis ex beneficio in anno novitatus. Tertia est de adeptis post novitatum.

2 An beneficia novitii eo ipso vacant, Hac in re erat olim magna inter Doctores controversia. Quidam enim sentiebant Episcopum posse novitium duorum mensium spatium taxare intra quod teneretur renunciare beneficio, si in religione permanere vellet. Alii autem censabant exigi licentiam Episcopi ad religionis ingressum, nec beneficia eo ipso vacarent: quas sententias relect Archidiaconus cap. beneficium, paulo post princip. de regular. lib. 6. §. postulat verb. monasterium 27. q. 2. Ceterum controversia haec directa est eo, cap. beneficium, ubi sicutatatur beneficium illius, qui religionem ingrediatur non est infra probationem, annum altem conferendum, nisi ad illi ipsius accedat assensus, sed inter eos beneficium per alium deserviri debet, assignata sibi congrua de ipsius praesentibus portio. Ex quo textu duo constat. Alterum est, beneficia novitii minime vacare eo probationis anno, cum ibi decernatur, nulli eo probationis anno

no conferri posse: si enim vacarent, possent utique, immò deberent eo anno conferri. Alterum autem est, integrum esse novitium renunciare tunc beneficio toto novitatus tempore, quod constat ex illis verbis, nisi ad illi novitii accedat assensus: idque etiam constat ex cap. ex trasmissis de renuntiatione. Nec obstat cap. 1. 17. quast. 2. quando est Alexand. II. ubi relicitur quidam ad beneficium, qui tempore novitatus renunciaverat; quippe id contingit, quando fuerit illegitima renunciatio, utpotè quae in manu advocati dicitur ibi facta. At non relicitur, si in manu legitimi superioris facta esset, ut tradit Glossa eodem cap. 1. verb. reseravit: quod ultimum an sit correctum per Trident. dicemus cap. sequenti.

3 Quod quidem verum habeat five beneficia sint majora, five minorata; neutra enim anno novitatus vacant: quod textus indiffinè de beneficio loquatur. Et ratio ejus decisionis, ne, si illum egredi contingat, ut ei iure promissum est, maneat beneficium spoliatus, procedit in omnibus beneficiis. Arque ita docent Archidiaconus eod. cap. beneficium statim in principio, & ibi Francus numer. 1. Cygas de pensionibus quast. 7. num. 5.

4 Praeterea verum est, etiam si in beneficii fundatione cautum sit, ut habente capellano certo tempore vacet beneficium, quia in dubio censenda est voluntas testatoris, & institutorum conformis juri communi; ut communiter Doctores, h. verbes mei, §. cum sita, ff. ad Trebellianum. & ideo ea clausula non intelligenda est in hoc casu abentia eo religionis ingressum, eo vel maxime quod in dubio favendum est religioni, ut diximus cap. praecedenti.

5 Aliqui temperant textum, ut loquatur de beneficio collato, & acceptato, atque ita de iure in re; secus quando est solum jus ad rem, eo quod beneficium nondum acceptatum erat: tunc enim per Episcopum est terminus ad profectum praesentibus, alias poterit alteri conferri; multa enim impediunt aliquid sciendum, quae jam factis minime obstant cap. per cathedram, de cognat. spiritum, in 6. Ita docent aliqui, quos tacito nomine referit Dominicus eo cap. beneficium numer. 1. Ceterum sicut ante novitatus non vacat jus in re, ita nec jus ad rem, quia ideo non vacat jus in re, quod adhuc ille non eligat profecti, & sic nec eligat statum incompatibilem, per quem censetur juri illi in re renunciare; quae eadem ratio militat in jure ad rem. Arque ita docent Glossa eodem cap. beneficium verb. conferendum, & ibi Joannes Andreas numer. 1. Monachus numer. 5. Francus numer. 1. Archidiaconus paulo post principium. Francus numer. 1. verb. in eadem glos. ubi ead. ratione. Tiraguel. de veritate ligna q. 1. glos. 8. numer. 28. Tapia auctor. ingressi, verb. sua 2. 2. num. 8. C. de sacrosanct. Eccl. Lancelotus infir. juris cas. lib. 1. tit. de regular. §. §. si contingit verb. conferendum. Saezo in Civ. regia lib. 6. cap. 5. num. 25. verb. possunt etiam. Cujus autem sint fructus beneficii illius, dum minime confectur, dicemus num. 22.

6 Insuper, quamvis textus eod. cap. beneficium, dicat beneficium non vacare anno novitatus, idem dicendum est, si annus ille ex aliqua causa iusta prorogatur, quia prorogatio facta videtur cum omnibus qualitatibus rei, quae prorogatur l. lecta ff. si certum petatur. Cùm ergo ex hac causa permittatur illa prorogatio (ut probavimus lib. 5. hujus operis cap. 4. num. 21.) ita beneficium vacatio prorogari permittitur. Praeterea, quia militat rationes, quibus dicitur ille textus, & gratia frequentioris usus explicuit annum novitatus, quod communiter anno transacto emittatur professio. At verba posita gratia frequentioris usus non restringunt legem, ne ad similes casus extendatur, ut probavi lib. 9. de marit. disp. 12. num. 16. Praeterea, quia si anno illo ex novitii renuntiatione olim contracto (ut licitum erat ante Tridentinum juxta cap. ad Apostolicam, de regularibus.) vel hodie ex Pontificis dispensatione emittatur eo durante professio, utique beneficia à die professionis, ut expressè decidit eo cap. beneficium, vacabunt. Ergo idem dicendum est, si prorogetur, quasi textus non attendit praesentibus annus illum; sed mens ejus fuerit, nec ante professionem beneficia novitii alteri tamquam vacantia conferri possint. Praeterea, quia ingrediens decimoquarto aetatis anno, nequit profecti, nisi intra biennium, juxta Trident. sess. 25. de regularibus, cap. 15. cum tamen incipiat verus novitatus à pubertate, ut diximus lib. 5. cap. 4. num. 22. & tamen non est equum illo biennio novitium beneficium privari. Tandem, quia Tridentinum eo sess. 15. cap. 16. jubet novitium non spoliari intra novitatus tempus, ne libera egressus aufferatur occasio; quod decretum etiam procedere in beneficiis optime tradit Manlius de irregular. lib. 2. cap. 6. num. 2. quae ratio procedit toto tempore novitatus, &c. Ita docet Mandosus in casibus annalibus num. 63. col. 192. ad form. dicens, etiam si pluribus annis duret novitatus, non vacare interim beneficia: & sicut Glossa dicit, cap. beneficium verb. probationis, & ibi Archid. in fine in princ. verb. illius. Cygas de pensionibus, quast. 58. num. 71. ubi tradunt, minori quatuordecim annis ingrediens religionem, non posse ejus beneficium conferri, donec decimumquatum annum expleverit, quomodo proferri poterit; & melius, Lancelotus infir. jur. canon. lib. 1. tit. de regularibus, §. §. si conigerit verb. probationis, ubi dicit, beneficium ingrediens quatuordecim annis religionem, non posse conferri, donec ille expleverit decimum sextum petumque hodie adprofessionis valorem, Dixi autem,

quando ex iusta causa; nam si causa differendae professionis iusta ab sit, et si beneficia non vacent, utpotè quae per solam professionem vacare decernitur eo textu, poterit tamen Episcopus designare terminum, ut ille ei beneficio renunciet casu, quo id posse, quando ab ille legitima causa abesset, & eo termino transacto, possit alteri id beneficium tamquam vacans conferre, quando ad ipsum beneficium collatio, quia ab eo tempore non reputatur ex causa legitima abiens.

8 Hinc deducitur primo, in Societate JESU non vacare beneficia novitii toto novitatus biennio, quia Trident. sessio, vigesimaquinta, de regularibus, cap. 16. confirmat institutum Societatis JESU, quod biennium novitatus praesentibus: quare, cum ex juris concessione novitatus prorogetur, prorogari quoque censetur tempus vacationis beneficiorum, juxta tradita numero praecedenti. Immo nec vacant ante solemnem professionem, vel vota coadutorum formationem, per quae religiosi Societatis redduntur omnino incapaces retinendi bona. Ducor, quod ille textus per solem professionem tacitam, vel expressam, per quam redduntur profectus incapax retinendi bona, decidit vacare beneficium. At per vota biennii non redduntur hi religiosi incapaces juxta Societatis constitutiones: ergo non vacant beneficia: & ita licet mota fuit judicatum. Arque id censent Patres Societatis JESU congregati in prima ejus congregatione generali, canon. 1. ubi licet statutum est: Nos, qui ante ingressum in Societatem habebamus beneficia, non cogamur ea relinquere ante professionem, nisi jubente Generali, Commissario, vel Provinciali post primam annum probationis. Quamvis autem ea non vacent, in congregatione quinta generali ejusdem Societatis can. 5. statutum est, ut ea ante biennii vota resignentur, his verbis: Nos, qui ante ingressum in Societatem ecclesiastica beneficia quaecumque obtinuit, finito probationis biennio, priusquam vota simplicia scholasticorum emittant, omnino resignent, non obstante can. 1. prima congregationis. Quare non vacarent, si ea resignatio non fieret: Utrum autem vacent pensiones, dicemus infra.

9 Secundo deducitur irritam fore collationem illius beneficii non transacto novitatus tempore, nec confirmari: quia non vacabat tempore collationis, nec vacatio subsequens per professionem reddit validam collationem, quae initio irrita fuerat, sed non collatione, opus sit. Sic Paulus, quem refert, & loquitur Tiraguelus de tractatu heneq. gloss. 8. §. 1. num. 40.

10 Tertio deducitur, quid in ea quaestione dicendum sit, an novitius canonice vacandus necessario sit ad electionem Episcopi, aut aliquis beneficii canonice competentem? Quibusdam placet eum vacandum esse. Dicuntur quod verè canonice fit, & cum iis eligendi inter fructus computetur, non est eo privandus novitius, sicut nec alius fructibus. Arque ita docent Archidiaconus c. beneficium num. 4. verb. assensus de regularibus, in 6. & ibi Profus addit, ad Monachum num. 1. Cardin. Clem. final. num. 8. quast. 10. de regularibus. Berach. de gabellis, part. 7. principali numer. 56. Mandosus in casibus annalibus, numer. 66. casu 197. Adduntque Archidiaconus, & Profus sibi, posse tamquam legitime impedimentum constituere procuratorem ad eligendum ne experimenta novitatus interpolentur, juxta cap. si quis, in principio de electione in 6.

11 Sed verius existimo, non esse vocandum, quia quamvis iure eligendi privatus minime sit; at causa religionis ritè, & legitime abesse censetur, quamvis in eodem electionis iure sit. Arque ita tenent Glossa re hac late utriusque disputata eo cap. beneficium, verb. conferendum, & ibi Mandosus num. 2. Anchar. num. 3. Francus, littera dicitur, num. 2. Dominicus num. 6. Ad fin. idem Anchar. conf. 69. num. 12. Tiraguel. de retractu ligna q. 1. glos. 8. nu. 37. Angel. verb. novitii n. 1. & ibi Armilla nu. 18. Taberna q. ultima Sylvest. verb. religio 5. q. 11. Antonius Cuenus lib. 3. infir. moral. tom. 1. nu. 96. Tapia auctor. ingressi verb. sua c. 2. nu. 8. C. de sacrosanct. Eccl. Lelius Zechius de Rebus ecclesiasticis, tit. de regular. c. 3. nu. 10. Azor. tomo 1. infir. moral. lib. 12. c. 3. g. 1. Addunt tamen Monachus, & Azor. nec eum posse constituere procuratorem ad eligendum, utpotè qui necessario ad electionem vocandus non est.

12 Si autem vocatus, sive non vocatus accesserit novitius ille ad eligendum, iure eligendi poterit, quod eo non sit privatus, sicut nec reliquis beneficii fructibus. Arque ita docent Francus, & Azor. nu. praed. allegati. Nec obstat ratio Dominici eo c. beneficium n. 7. ad fin. quia dicitur hoc negavit, nempe, quod electio hac fit colligere fructum beneficii, quod non conceditur novitio eo c. beneficium. Respondit enim Francus, non denegari in eo textu collationem fructuum novitii, sed tantum decerni congruam portionem servandam ministrant in beneficium.

13 Praedicta autem intelligenda sunt, quando iure collegii pertinet ad novitium electio, si enim jure proprio, & singulari, ratione personae jus eligendi, aut praesentandi impumberet; ut si esset patronus aliquis beneficii, & vocandus ejus esset: quod fortius sit jus speliand ad aliquem jure singulari, difficultus evellatur, quam speliand jure collegii. Arque ita docent Glossa eo c. beneficium verb. conferendum, in fin. & ibi Anchar. nu. 3. Francus num. 2. Dominicus num. 6. Tiraguel. Angel. Sylv. Armilla, Taberna, Antonius Cuenus, Tapia, Lelius Zechius, & Azor. allegati num. 10.

13 Tandem sicut beneficia novitii non vacant ante professionem, ita vacant ea sequuta, idem quoque est dicendum de peniſionibus. Primo, quia Doctores tradunt, ut vidimus num. 3. textum in d. cap. beneficium, intelligi de quibuscumque beneficiis: at penſiones largi dicuntur beneficia, ut probat Gygax de penſionibus, qu. 28, num. 1. Secundo, quia per matrimonium vacant penſiones, sicut, & beneficia, ut probavimus lib. 7. de matrimon. disp. 44, num. 5. atque ita quo ad extinctionem sequuntur naturam beneficiorum. Tandem, quia nequit in persona monachi manere beneficium, cum capax proprii non sit, nec in monasterium transire, quia id fieri non potest absque Pontificis dispensatione. Atque ita hanc partem tenet Gygax de penſionibus, qu. 5, num. 6. Latus Zechinus de Repub. ecclesiastic. tit. de regular. c. 3, num. 14, amplissime 2. Atque in Societate JESU vacabunt penſiones eis temporibus, in quibus beneficia vacare explicatum est supra num. 6.

SUMMARIUM.

Ex fructibus beneficii novitii referenda est congrua portio vicario inferiori, eaque est per Episcopum taxanda, num. 14. Cuius sint fructus residui? Referuntur varis sententia, num. 15, 16, & 17. Sententia Auctoris, num. 18, & 19.

14 Quaestio secunda. An novitius gaudeat fructibus sui beneficii? Hac in re id certum est, congruam ex illius fructibus portionem assignandam vicario ministraturo illi beneficio: sic enim docentur c. beneficium, de regularibus, in 6. hanc autem congrua portio est per vicarium taxanda, juxta ea quae in simili traduntur in Trident. sess. 7. de reformatione, c. 7, & sess. 15. de reformat. c. 16. ut bene docet Manuel qu. regul. num. 9. 37. art. 1. & satis significant Glossa, c. beneficium, verb. sed interim, Sylvest. religio 2. q. 8. Angelus verb. novitius, n. 22. & ibi Tabiena q. ultima: ajunt enim hanc provisionem vicarii inferiori beneficio exequendam per Episcopum, ut beneficiario abuturo causa studii diceretur c. cum ex eo vers. porro, de elect. in 6.

15 Difficultas autem est de reliquis illius beneficii fructibus: Quia in re varii sunt Auctores: quidam enim sentiunt eos cedere in Ecclesie usus. Ducuntur ex cap. quia sepe, de elect. in 6. Item, quia cum hic non intersit beneficium ob privatam, & propriam utilitatem, non potest ejus fructus habere. Atque ita docent Gloss. fin. eo c. beneficium, Janus, Andr. ibi, ad finem, Ananias c. statim, in fin. de regularibus, Angelus verb. novitius n. 22. & ibi Tabiena q. ult. Aemilianus n. 18, & in hanc inclinat, licet dubius, Anchar. eo cap. beneficium, num. 1. not. 4.

16 Alii sentiunt fructus residuos fore monasterii in illius novitii alimenta, Sic docent Antonius Cuccus lib. 3. institut. moral. tomo 1. num. 82. & idem videntur sentire Tancrardus, & Brivinius, quos refert, & sequitur Sylvest. verb. religio 2. qu. 8. Angelus verb. religiosus, nu. 13. Archid. cap. beneficium, nu. 1. verb. portio, de regular. in 6. Manuel q. regular. tomo 1. qu. 37. art. 1. Quamvis enim dicant fructus residuos reservari novitio, eam tamen reddunt rationem, ne sit onerosus religio, & ideo sentire videntur futuros religionis: si enim futurus essent novitii, ut de eis ad libitum disponderet, nullo onere sublevaretur religio. Quod clarissimè adhuc sentit Manuel ibi, dum subdit, id etiam procedere in novitio ordinis Minorum, quamvis religio illi iure regulari transgressores forent eos fructus procurando, subdit Antonius Cuccus, in not. totum residuum futurum monasterii, sed id solum, quod ad novitii alimenta sustinens est, reliquum autem futurum novitii, si exierit, ipso autem non exeunte, futurum monasterii.

17 Alii autem utramque opinionem conciliant, sic ut prior sustinens reservari fructus residuos Ecclesie, verum habeat, quod monasterium potest commode novitium alere absque alio subsidio: posterior autem sustinens reservari monasterio, vera sit, quando illud ita pauper est, ut alendo non sit. Ita sustinent Dominicus eo c. beneficium numer. 7. Azor. tomo 1. instit. moral. lib. 11. c. 16. quæst. 6. Sayro in Clav. regia lib. 6. cap. 5. num. 25. vers. possunt etiam, licet tandem concludat, servandam in hoc consuetudinem.

18 Sed vera sententia est, eos fructus residuos reservari novitio, esseque vera illius bona, quia revera est beneficium, nec proprie religiosus, capaxque domini acquirendi: ergo iure fraudari non debet iis fructibus reservatis Ecclesie. Nec etiam est, cur monasterio referantur ad novitii alimenta, quia novitius non tenetur eaolvere monasterio, sive in eo permaneat, sive id deserat ut probavimus lib. 6. c. 10. n. 4. Nec obstat cap. quia sepe, cui prima sententia innititur: loquitur enim de Ecclesia vacante, ut bene advertunt fere omnes Doctores allegati numer. 15. ut beneficium novitii minime vacet. Et ideo hanc partem sustinent Mandogius in casibus annalibus, n. 63. casu 192. ad fin. Confessus in privi. Mand. in notabilibus, quæ ponit post licteras Apollonias, tit. 13. c. 2. in fine. Quod si tamen alicui sit opposita consuetudo legitime prescripta, ea servanda erit, cum consuetudo vim legis habeat, Ita docent Sylvest. ibidem, & Manuel allegatus, num. 14.

19 Hinc deducitur, eos fructus relinquentes novitio exeuntii; at eo procedente succedere in eos monasterium, utpotè

quod in universa profecti bona succedit. Atque ita docet Francus eo cap. beneficium, num. finali, quod intelligendum est, si monasterium successiois capax sit, nec novitius ille ante professionem de illis disponitur: si enim sit succedendi incapax, succedent venientes ab intestato, sicut in reliqua novitii bona eos successores probavimus c. procedenti: quippe, cum hi fructus sint vera novitii bona, perinde ac de cæteris ejus novitii bonis iudicandum est. Si novitius autem de illis ante professionem disponerit, ejus dispositio servanda erit, sicut in reliquis bonis.

SUMMARIUM.

An novitio conferri possit Episcopatus, aut regimen monasterii? num. 20. An novitio conferri possit beneficium seculare, vel habitum possit cum alio commutare? referuntur quædam sententia, num. 21. Explicatur sententia auctoris, num. 22. An beneficium vacans tempore novitii, ad quod novitius habet ius, possit alteri conferri, cuius sint fructus, dum non conferatur? num. 23. Quid de beneficio regulari? & explicatur decretum Tridentini sess. 14. c. 10. de reformatione, num. 24. An aliquando beneficia regularia dentur secularibus? num. 25.

20 Quaestio ultima. An novitio conferri possit beneficium ecclesiasticum? & cum beneficium duplex sit: alterum seculare, alterum regulare, de utroque est disputandum. Et quidem certum est, novitium non posse ad aliquam monasticam ordinis, præsecuturam eligi, nec ad id factis esse professionem tacitam, sed desiderari expressam, alias irritum fore, quod seculum fuerit, posse autem eligi regularitatem Episcopalem tam in secularibus, quam in regularibus Ecclesiis, quippe utramque expressè dicitur cap. nullus, de elect. in 6. & Prioratus, ut Abbatis non potest eligi, nisi expressè professa sit, ut expressè deciditur c. indemonstratus, in princip. de electione in 6. Quod si opponatur c. 2. de reformatione, ex quo aperte deducitur, posse Abbatissam esse, quæ non est expressè professa; respondent Joannes Andr. eo c. 2. n. 3. Cardin. n. 2. opposi. 1. Anton. num. 6. Anchar. n. 1. Abb. ibi, n. 4. Inola n. 17. priores textus habere verum in provisione, quæ pro electionem fit, quia de ea sola expressè loquitur, secus quando proviso fit non per electionem, sed per collationem, vel postulationem; idem Selvon de beneficiis, 3. p. 9. 51. Barbosa d. c. 2. nu. 4. vers. nota quæd ista.

21 Difficultas autem est de aliis beneficiis secularibus, Quidam censent ea non illi conferri: nam dubius statu non promovetur militiam, l. qui de libertate, 29. ff. de liberali causa, & l. qui status, 8. ff. de re militari. Cum ergo status novitii dubius sit, an professurus sit, necne, neque ad beneficium promovetur. Præterea, quia anxia daretur, ut occasione fruendi beneficio religionem dereliceret. Hanc partem sustinent Glossa c. beneficium verb. conferendum, de regul. c. 1. & l. qui status, 8. ff. de re militari. in 6. ibi Manachus in fine, Dominicus n. 6. vers. in eo gloss. ibi nullus, Anchar. n. 2. Guillelmus de Montelabando, ut cum refert Probos additionibus ad Manach. eo c. beneficium, num. ult. ipsique sequitur idem Probos ibi addens, quamvis conferri non debeat, valida tamen fore collationem Angelus verb. novitius, num. 23. & ibi Tabiena q. ult. Antonius Cuccus lib. 3. institutionum moral. tomo 1. nu. 95. Tapia auctent. ingressus verb. sua c. 2. nu. 11. juncto num. 13. in solut. ad 5. Latus Zechinus de Repub. ecclesiastic. tit. de regular. numer. 10. Lancelott. institut. juris cap. lib. 1. tit. de regular. §. & si contigerit verb. conferendum. Immo Anchar. & Guillelmus de Montelabando ibi sustinent, nec integrum esse novitio beneficium priorum cum alio commutare.

22 Sed verisimè credo, posse conferri beneficium seculare novitio, quia adhuc est sui juris, & propriis habendi capax, nec alicuius reperitur interdicta hujusmodi collatio. Textus enim pro contraria sententia allegati solum decidunt, cum, cuius status est dubius, an licet servus, an potius liber sit, non esse ad militiam promovendum, donec sententia decidat sit, eum liberum esse: quæ quidem decilio nihil ad rem facit, tum quia nihil disponit de beneficio, nec disponere potest, cum sit iuris civilis; tum etiam, quia status novitii pro tunc non est dubius, sed certus, cum pro tunc consistit eum esse liberum, si iure juris, & tantum dubium fit, an propria spontè sit statum maturus; nec ratio oppositæ sententiæ necessitatem probat, sed solum esse consilium, ac rationi consonum, ne illi conferatur beneficium. Et ideo hanc partem tenent Francus eo c. beneficium nu. 1. Paulus, & Lupus, quos refert, & sequitur ipse Francus, Tiraguel de retrat. aqua iur. glof. 8. §. 1. n. 37. Azor. tomo 1. instit. moral. lib. 12. c. 3. qu. 1. & favet Navarr. lib. 3. cons. tit. de voto, in 2. edit. consil. ultimo numer. unico, ubi dicit collationem beneficii factam ligato voto religionis antequam profiteatur, validam. Quare simili ratione poterit novitius commutare beneficium habitum cum alio, cum nullo iure illi interdicatur. Subdant autem Francus, & Tiraguel ibidem, novitium acceptantem beneficium seculare simplex, conferri eo ipso religioni renunciare, secus si acceptet curatum seculare tanquam religiosus, utpotè quod etiam regu-

CAPUT V.

Quid immutatum sit per Tridentinum sess. 25. de regular. cap. 16. circa dispositiones bonorum ad novitios pertinentium sive donando, sive renunciando, aut aliter contrahendo; aut resstando, & circa renunciaciones beneficiorum ecclesiasticorum?

SUMMARIUM.

Quot quæstiones sint tractanda? num. 1. Non comprehenduntur in hoc decreto, qui in seculo non intuitu ingressus in religionem renunciaverunt, num. 2. An comprehendantur in decreto Tridentini, qui ante religionis ingressum bonis renunciaverunt intuitu ingressus? referuntur quædam sententia, num. 3. Explicatur sententia auctoris, & solvuntur contraria, num. 4. An id decretum intelligatur de puellis, solum educationis gratia existentibus in monasterio? num. 5. An id decretum intelligatur de solis novitiis minoribus sexdecim annis? Referuntur quædam sententia, & sententia auctoris, num. 6. & 7. An intelligatur de novitiis cuiuscumque ætatis, ita ut quacumque ætate possint renunciare servata illa forma Tridentini? num. 8. An intelligatur de novitiis Societatis JESU? num. 9. Quid si novitii hi non renunciaverint iuxta normam constitutionum? num. 10. An possint hi novitii dare aliquid Societati, vel deponere bona apud ipsam, donec his renunciaverint? num. 11.

1 Totum hoc caput veritatis circa exponendum decretum Trident. sess. 25. de regul. c. 16. ad explicandum quid in eo immutatum sit circa ea, quæ iure communi disposita erant circa novitiorum de propriis bonis dispositionem, quæ hæctenus præcedentibus capitibus explicuimus. Decretum illud sic se habet: Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in favorem cuiuscumque causæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, sive eius vicarii fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alius intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequens professione, aliter verò facta etiam cum huiusmodi expressa renuntiatione, etiam jurata, sit irrita, & nullus effectus. Circa quod decretum multa, eoque nullius gravissimæ difficultates intulerunt, & ut recto ordine procedatur, ad quadruplicem quæstionem referentur. Prima est de personis, quibus hæc renunciatio interdicitur. Secunda, de renuntiationibus, & obligationibus interdictis. Tertia, de tempore, in quo incipiunt vim sortiri renunciaciones. Ultima de solemnitatibus, & aliis requisitis in eis observandis.

2 Quæstio prima. Quæ personæ comprehenduntur in eo Trident. decreto. In qua quæstione primo dubitari potest, an soli novitii comprehendantur hoc decreto, an etiam illi, qui causâ ingrediendi novitium, dum adhuc sunt in seculo, bonis renunciandi. Consulto dico, quando intuitu ingressus religionis, quia, si quis non habens animum ingrediendi religionem, bonis renunciasset, ut quacumque aliam donationem fecisset, absque dubio de ea donatione, aut renuntiatione non loquitur decretum hoc Trident. cum nullus religionis respectus tum temporis habeatur. Et quamvis aliqui distinguant, ut Manuel gloss. regular. tom. 2. qu. 47. art. octavo, an longe ante ingressum facta sit donatio, an paulo ante, distinctio pertinet, ad presumptionem fori externi, presumitur enim facta intuitu ingressus, quando paulo ante facta est, ut diximus supra. At quod attinet ad forum conscientie, solum spectandum est, an ea donatio, & renunciatio facta sit intuitu ingressus in religionem. Et exillimo esse omnino certum, quamvis renuncians habeat animum ingrediendi religionem, si non intuitu ingressus renunciavit, sed animum ingrediendi nihil prostris ad renuntiationem contulit, quippe ea prorsus faciendâ erat, sive ingrederetur, sive non, non includi in eo decreto hanc renuntiationem, quia Tridentinum noluit auferre libertatem renuntiationum, quæ independenter ab ingressu religionis sunt, cum hæc nihil prostris conferant ad libertatem egressus tempore novitii, cum in eo decreto consilium voluit, & ita Doctores allegandi numero sequenti. Nam verè loquuntur expressè, quando intuitu egressus renuntio sit.

3 Difficultas ergo eo pertinet, quando renunciatio sit ante ingressum novitii: ad introitu ingressus duplex est sententia. Prior sustinet hanc renuntiationem comprehendendi, & sic fore irritam, utpotè, quæ fit contra ejus decreti formam prescribentis, ut fiat ante duos profissionis proximos menses. Dicitur primo, quia Concilium in universum loquitur de renunciaciones facta ante professionem, non restringendo ad factam tempore novitii, sicutque illiusque decreti, qui est (ut dicemus num. sexto) ne impediat libertas egressus novitii timore, quod non poterit omnibus suis bonis, quibus se intuitu ingressus spoliaret, equè

regularibus conferri potest. Sed nullatenus hoc credo, exillimoque neutrum acceptando ceteri religioni renunciare, quia neutrum cum statu novitii incompatibile, & quamvis seculare simplex stare possit cum statu profecti, vacabit utique per professionem: at interim non est cur in novitiatu perseverans illud retinere nequeat, ut si egradiatur, possidet illud in perpetuum; si autem profiteatur, vacet statim.

23 Quod si tenemus priorem sententiam, dicendum necessario est, si ad ejusmodi beneficium vocetur novitius ille, sive quia specialiter vocatus est, sive quia vocatus est conjunctior sanguine cum fundatore, & ille novitius est talis, id beneficium nulli posse conferri, sed expectandam esse illius novitii professionem, signato vicario interim servituro cum congrua illius beneficii portione, quia novitius ille acquiritur jus ad rem per eam nominationem: non est autem spoliandus iure in re, nec ad rem, ut probavimus n. 5. Quod si interim alii conferatur, erit collatio nulla, ut probavimus num. 8. Quod si quæras, cuius sint fructus residui; respondeo, cum eo medio tempore id beneficium vacet, iudicandum est de fructibus illius, ac de fructibus beneficii vacantis, qui quidem iure referuntur successori, ut tradunt Speculator tit. de dispensat. §. dicendum resat, de dispensat. super pluralitate beneficiorum n. 22. Lambertinus de iure patronatus, lib. 2. par. 1. qu. 3. art. 6. num. 2. dicens est Innocentii, & omnium, Sylvest. verb. beneficium, Navarr. lib. 5. consil. in 1. edit. de simonia, consilio 15. num. 5. in 2. consil. 70. num. 5. Unde infert Speculator, si quis malè obtinuit beneficium, impetrata legitima collatione fructus percepti erunt sui, & licet Navarr. loquatur quando beneficium vacat de iure, non enim de facto, quia aliquis possidet, sed malè, & in eodem casu loquitur Speculator, qui non est casus noviter, quia hic vacat utroque modo, ac eadem est ratio, & ita Sylvest. loquitur, quando beneficium vacat, & Lambert. quando nemo possidet, & sic vacat de iure, & de facto, vel quando quis possidet mala fide, & sic vacat de iure, licet non de facto. Item, quia peius est quando vacat de solo iure, cum illi iniquo possessori minus favendum sit, quam successori, qui non deliquit, & constat ex cap. sepe, de elect. in 6. ubi deciditur, fructus Ecclesie vacantis debere reservari futuro successori, vel expendi in utilitatem Ecclesie. Quare, si in hoc beneficium succedat novitius religionem derelicens, erunt utique ei reddendi, si non autem pro profecto beneficium adhuc vacans alteri conferatur, illius fructus erunt fructus, vel in utroque casu poterunt in utilitatem Ecclesie converti.

24 Tandem circa beneficium regulare, Glossa eo cap. beneficium, verb. conferendum, & Lancelottus instit. iur. cap. lib. 1. tit. de regul. in 6. §. & si contigerit, verb. conferendum, sententia videtur posse beneficium regulare conferri novitio: cum enim dixisset beneficium non posse conferri novitio, subdant id intelligendum de beneficio, cuius regulares sunt incapaces. Cum igitur solum sint incapaces beneficii seculares, at regulares capaces sint, sentiunt clare regulare posse conferri novitio. Sed Glossam reprobat Paulus, Lupus, Dominicus, Francus, Azor. allegati num. 20. & 21. quippe novitii beneficii regularis est incapax, utpotè quod solis profectis est conferendum, Clem. quæ regularis, de supplicanda neglig. Prelat. & Clem. in re ago §. sanè Prioratus, de statu monachorum n. 1. Et tamen quidem sententia verissima est, stando in iure antiquiori, at juxta decretum Trident. sess. 14. de reformatione, cap. 10. potest dari beneficium regulare nondum profectis, immo his, qui habitum nondum susceperunt, modo habitum suscipere, & professionem emittere teneantur. Sic enim dicitur ibi: regularia beneficia in titulum regularibus profectis prioribus conferantur, cum per obitum, aut resignationem, vel alia illa in titulum obtinentes, vacare contigerit, & si profectum emittente teneantur, & non alius, ne vestem hinc, lanam e contraam induant, conferantur: & ita Congregatio Cardinalium declaravit, clericis seculares posse conferri dicta beneficia regularia per ordinarios collatores inconstituto Papa, dummodo habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur: quam declarationem refert Gonzalez in regula 8. Cancell. gloss. 8. num. 87. Quod quidem videtur intelligendum non quando ratione solius voti tenetur quis ingredi, aut in religione perseverare; hæc enim obligatio voti solum Deum respicit, & non forum externum, quod videtur petere Concilium; & ita credo intelligi, ut dentur ejusmodi beneficia conventionale facta, ut beneficiarii illi teneantur intra certum tempus ad religionem transire sicut & beneficia curata habent eam conditionem tacitam, quando dantur non sacerdotibus, ut intra annum teneantur ad sacerdotium promoveri, cap. licet canon. de elect. in 6.

25 Insuper solent beneficium regulare concedi à Pontifice clerico seculari in commendam ad certum tempus, intra quod religionem profiteatur, & secuta profectio illud habeat in titulum, ut testatur Stapylus de literis gratiæ, ubi de formis expectatarum, in form. 8. in fine, Ludovicus Gomez regul. de infirmis resignantibus qu. 12. num. 7. & tractatu de expectativis, num. 71. in fine Covar. c. 2. num. 2. de reformatione.